



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Ivlivm Avgvstvm & Septembrem

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Dedicatio Romae, In Esqvili S. Basilicæ S. Mariæ ad Niues: Ex Ioannee
Maldonato Hispano.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42728

DEDICATIO

ROMAE, IN ESQVILII S. BASILICA S. MARIE AD NIUES: Ex Ioanne Maldonato Hispano.

*Vide Notat.
C. Baron. in
Martyrol.*

*Romanum.
5. August.
Ioannes vir
patricius So-
bolem petit.
a Claruit hic
S. Pontifex
præcipue, an-
no Christi
365. &c. sub
Imp. Valen-
tiano &
Valere, teste
C. Baron. To-
mo 4. Annal.*

*Adstat ei co-
ram, Virgo
Maria.*

*Item Virgo
Maria appa-
ret Liberio.*

QVO tempore a Liberius Petri sedem tenebat; Ioannes quidam vir patricius, ingentes Romæ diuitias possidebat, eratq; procreanda prolis mirum in modum cupidus, vt tanti patrimonij successor ex voto contingeret, qui & nomen referret, & stemmata continuaret. Itaque versus cum sterili coniuge pia ad preces, Mariam virginem & matrem supplicationibus quotidie intētissimis rogabat ac obtestabatur, vt sobolem eis ad propagandæ generis & familiam à Iesu filio impetraret: aut viam ostenderet, qua viuentes in aliquo pio possente opere congestas opes infumere. Nonis igitur Augusti, cum Solis potissimum æstus mortalibus negotium facere solet, Ioanni coniugique Virgo mater noctu coram astitit; eorum precibus docet victam descendisse, quòd piam præsens hæreditatem adiret. Mihi Romæ, dixit, nulla nunc habitatio est, nulla basilica; Surgite cum primis manè, & in ea parte montis Superagii, quam contra naturam temporis, niuibus videritis oppletam, domum mihi construite. Locus ille vestrarum facultatum hæres esto. Eadem Liberio Pontifici Virgo Mater denunciavit: atque, vt orta luce cum Clero & populo locum monstratum adiret, imperavit. Liberius, fugatis tenebris, visa Ioanni nunciat: ille vicissim eadem per noctem oblata commemorat. Conuocant extemplò Clerum ac populum, mon-
tem

tem conscendunt: & (dictu mirabile) locum basilicæ dicandæ commodissimum, altissima ni-
 ue conspiciunt occupatum, cum proxima quæ-
 que circum æstuarent. Ita Divæ Mariæ basilica *Templum*
 Iohannis opibus fabricata est, longæque dorata; *Mariæ ad ni-*
 quod primùm fuit ei Romæ templum dica- *ues, vnde*
 tum, *exordiū sum-*
pseris.

MARTYRIVM SANCTISSIMORVM

puerorum & fratrum, Iusti & Pastoris, ex eo
quod optima fide V. P. Laur. Surius ex antiquis
monumentis eruit. Passi sunt anno Domini 303.
Marcelli Papæ 7. Diocletiani Imper. 20.

Vide C. Ba-
ron. Annal.
Tom. 2.

EO tempore, quo crudelissimus Datianus
 furoris sui rabie in Christianos accensus,
 uniuersum perlustrabat orbem, vt quos-
 cunque inuenisset pietatis cultores, varijs tor-
 mentis enecaret, contigit eum ad Compluten-
 sem transeundi gratia deuenire ciuitatem. Cu-
 ius incolæ cum tremendam eius opinionem in-
 tellexissent, duo infantes Iustus & Pastor, reli-
 ctis scholæ tabulis, quibus tenera eorum ætas
 imbuebatur, tanquàm longa exercitatione pro-
 bati Christi discipuli, ad spectaculum proprii
 martyrij alacres cucurrerunt. Cumque sollicitè
 cernerent & intento perciperent corde, quid
 dementis Datiani inquireret furor; nunciatum
 est Tyranno, duos istos, Christianis parentibus
 ortos, propterea ad id spectaculi deuenisse, vt si
 Christianorū fieret inquisitio, ipsi spòte sese of-
 ferrent puniendos. Quo audito, Tyrannus indi-
 gnationis ira commotus, vtrumq; compræhen-
 di, & flagris conscindi acerrimè iubet. Com-
 præ-

6. August.

Iustus &
Pastor ad
modū pueri
ad-martyriū
currunt.